

Kc  
3008



*Vol. 24.*



Q. D. B. V.

REPETITIONUM COLLEGII  
AD INSTIT. JUR. IMPERIAL.

DISPUTATIO QVARTA,  
DE

MODIS ADQVIREN-  
DI JURIS GENTIUM,

*Ex Tit. I. II. III. IV. & V. Lib. II. Inst. J.*

THESES XXXVIII. Continens;

QVAM

AUCTOR TATE ET CONSENSU

MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS

IN ILLUSTRIS HAC UNIVERSITATE VIADRINA

PRÆSIDE

AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO, EXCELLENTISSIMO

VIRO

D<sup>N</sup>. MARCO RHODIO, J.U.D.

COD. JUSTIN. PROFESS. PUBL. ORDIN.

DOMINO PATRONO ac PROMOTORE SUO

OMNI OBSERVANTIÆ CULTU ETATEM DEVENERANLO,

*Die II. Octobr. Anno M DC. LXXXIV.*

IN ACROATERIO JURIS-CONSULTORUM,

Publico Eruditorum disquisitioni submittit

JOHANN. GEORG. Etange / Delsi Anhalt.

Francofurti ad Oderam, Typis JOH. COEPELII, Acad. Typ.







Q. D. B. V.

*ad Instit. Jur. Imperial.*

DISPUTATIO QUARTA.

INGRESSUS.



Osteaquam de personarum jure, quod locô & dignitatis quâdam prærogativâ reliquum antecedit, *in primis Legum Elementis* actum est, ordine haud contemnendo *Jus rerum* sequitur. Appellatione verò harum, causæ etiam, exclusis personis & actionibus, continentur; nec videl. tantum ipsæ res, aut jus in iis, quod reale vulgò dicunt: Sed unâ, & ex quibus jus ad rem tenemus, v.g. obligationes. *Juris in Re*, jam, sive realis, non tantum; sed juxtâ ejus, *quod ad rem* ajunt, diversi feruntur acquirendi modi, sive ut singulas, sive ut quandam Universitatem, eò spectantes res consideres. Modi acquirendi eas, quoad *Jus dictum in re*, sive ipsum *Dominium*, alii sunt *Juris Gentium*, alii *Juris Civilis*. Separationem hanc accepere, ut videtur, quòd nonnulli plurimis Romæ finitimis gentibus, non soli Romæ: nonnulli autem soli Romæ, ejusque *Juris Consortibus*, prout vim suam in foro exserunt, fuerint cogniti. Siquidem hi inde modi acquirendi *Juris Civilis*: Illi *Juris Gen-*

A 2

tium

tium audiunt. Quamvis itaque non propriè ad mutuam Gentium societatem inter se, sed specialem cuiusque populi usum duutaxat pertineant MODI AD-  
QVIRENDI, qui appellantur, JURIS GENTIUM; sine discrimine tamen exteris & peregrinis æquè, ac Civibus, patent. De istis modis autem hæc Collegii nostri Disputatio Quarta collegit ea, quæ maximè controversa extant *per Tit. 1. 2. 3. 4. & 5. Lib. 11. Inst.* dispersa. Quicumque is meus conatus, si non singulari favore, saltem nec odiò dignus sit, voveo; Precorque Numen Cœli supremum, faxit, illum feliciter cedere!

THESIS I.

**D**ominium est jus, dominandi rei suæ:  
Hæc autem vel corporalis vel incorporealis.

Rubr. *J. R. D. & A. E. D. l. 21. C. Mandati l. 23. d. V. S. l. 3. ff. si Usfr. pet. l. 15. §. 8. ff. quod vi aut. clam. Hunn. V. R. Lib. 2. tr. 1. qu. 5. Riemer. Q. J. Dec. 4. qu. 1. Schutz. ad J. Disp. 5. th. 1. Zoel. in Comm. ff. ad t. d. A. R. D. n. 2. Diff. Harprecht. ad pr. J. d. R. D. Gilken. ibid. n. 72. & seqq. Cujac. L. 10. Obs. 6.*

II.

Aliter etiam res dividitur, nempe, quòd sit vel in patrimonio nostro, vel extra illud:  
Tertia species enim non datur.

*Pr. J. d. R. D. Ungepaur. Ex. 5. qu. 1. in Ajo. Ludwell. Ex. 4. th. 1. lit. D. Eckolt. ad t. d. A. R. D. th. 5.*

III.

Non communis & omnibus populis sufficiens usus; nec immensitas & magnitudo

do Oceani, nec ab antiquis non facta occupatio, nec Status primævus obstat, quin Republicæ & Principes in certos districtus maris adjacentis Jurisdictionem & Superioritatem sibi arrogent: Hinc & rectè vectigalia à præternavigantibus exiguntur.

*§. 1. & 5. J. h. t. l. 3. pr. ff. ne quid in locò publ. add. l. 9. ff. de lege Rhodia Seldenus in tr. de mari clauso. Dn. Brunnem. ad l. 2. ff. d. R. D. Rittershus. ad §. 18. J. h. t. Struv. in Synt. J. Feud. Cap. 6. art. 7. Strauch. in Diff. de Imperio Maris, c. 2.*

#### IV.

Cùm littora ejusdem juris sint, cujus est mare; In littore vel mari sine consensu Principis hodiè ædificare non licet: Dominium tamen hoc modo quæsitum non ulterius durat, quam ipsum ædificium; quò dilapsò locus iterum sit nullius.

*§. 5. J. h. t. l. 6 pr. ff. d. R. D. l. 50. ff. d. A. R. D. Dn. Brunn. ad d. §. 5. J. Ex. 6. ibiq; Dd commun.*

#### V.

Quod universitatis est, singulorum non est; Hinc, quod Universitati debetur, singulis non debetur; Nec quod Universitas debet, singuli debent; Proindèque nec pro debitò Universitatis capiendæ personæ singulares.

*§. 6. J. b. t. l. 7. §. 1. quod cujusq; Univers. nom. Schneid. ad d. §. 6. per l. 4. C. d. Execut. & Exact. lib. 12. l. un. C. ut nullus ex vicaneis pro alienis vicaneorum bonis teneat. l. 12. C. de omni agro desert. lib. 11. Nov. 52. c. 1.*

## VI.

Res sacra est, quæ publicâ authoritate Principis per Pontifices ritè Deo consecrata; De Jure Can., authoritate Episcopi sive Antistitis cujusque loci: Eâque res in prophanum usum converti nequit.

*§. 8. J. d. R. D. C. Ecclesia 8. Dist. 1. Nov. 67. c. 1. Heig. ad d. §. 8. Carpz. Jurisprud. Consist. L. 2. Def. 334. n. 9. & seqq. Struv. in Synt. J. Civ. Ex 3. tb. 70.*

## VII.

Violatores murorum & portarum, etiam municipalium, capitis poenâ afficiuntur, præsertim si fiat animo hostili.

*§. 10. J. eod. l. 8. §. 2. & l. f. ff. de R. D. Bachov. ad d. §. 8. ibid. Hunn. in V. R. L. 2. tr. 1. qu. 2. Dn. Brunn. ad d. l. 8. §. 2. Hahn. ad Wes. t. d. R. D. n. 2. Diff. Ungepaur. Ex. 5. qu. 2.*

## VIII.

Feræ bestiæ & volucres, simul atque ab aliquo sive in propriô, sive in alieno fundo, captæ, Jure Gentium fiunt capientis. Justas tamen ob causas venationes & capturas ferarum ac volucrum majorum Principes subditis interdixerunt. Earum enim, quæ nullius sunt,

sunt,



sunt, dispositio penes Rempublicam aut Principem est.

*§. 12. J. d. R. D. Hunn. V. R. L. 2 tr. 1. §. 12. & 13. Struv. in S. J. C. Ex. 41. tb. 9. & 10. & in S. J. F. Cap. 6. art. 7. n. 3. & art. 11. n. 28.*

### IX.

Si privatus contra interdictum Principis in jus venandi & feras capiendi involaverit, primâ & secundâ vice pœnâ arbitrariâ; Tertiâ verò capitis supplicio non malè, circumstantiis svadentibus, afficitur: Ratione habitâ non bestix, sed contemptûs Principis & Magistratûs.

*d. §. 12. Struv. dd. ll. Carpz. in Pr. Cr. P. 2. Q. 84. n. 38. & seqq. Franzk. Ex. 4. Q. 2. & 3. Hahn. ad Wes. n. 7. d. A. R. D. Diff. Wes. in Comm. ad ff. d. A. R. D. n. 7. & Dn. Brunn. ad J. Ex. 6. §. 12. Bachov. ad d. §. J. Id. ad Trent. Vol. 2. Diss. 20. tb. 3. lit. A.*

### X.

Piscando in lacu, stagnô, piscinâ vel vivariô privato & alieno, furtum committitur, & pro qualitate & gravitate delicti etiam laqueo punitur. In publico flumine autem nec hodiè cuivis piscari licitum est, cùm jus disponendi de navigatione & redditibus ex piscaturâ Principes suum fecerint.

*Const. Crim. Caroli V. art. 169. Struv. in S. J. F. d. l. Ludw. Ex. 4.*

*Ex. 4. th. 3. lit. D. Wes. ad ff. d. A. R. D. n. 7. Riemer. Q. J. Dec. 4. n. 4.*

XI.

Piscatio Ecclesiasticis personis permessa, non item venatio; Hæc enim sine saltibus & clamore vix fieri potest. Eam tamen per Venatores laicos exercere possunt.

*C. 1. & 2. de Cler. Venat. c. 1. Necler. vel Mon. Wes. ad d. t. ff. n. 7. & Hahn. ad eund.*

XII.

Animalia mansvefacta occupanti cedunt, si animum revertendi deseruerint; quod fit, si diutius longè, quam solita fuerunt, emanerint. Mansvetorum, licèt potestatem & possessionem nostram effugerint, Domini esse non desinunt, ideóque, si venator ovem meam canibus suis ex lupi faucibus eripuerit, mea manet.

*S. 14. 15. 16. J. d. R. D. ibiq. Bachov. & Dn. Brunnem. Ex. 6. per L. Pomponius. 44. ff. d. A. R. D. Struv. in S. J. C. Ex. 41. th. 8.*

XIII.

Res mobilet, durante adhuc bello & hostibus nondum devictis, captæ, singulis capientibus adquiruntur: Quæ vero hostibus jam devictis aut expulsis: captæ, Reipublicæ sunt: Quæ autem virtute bellicâ recuperantur.

tur, ad pristinos Dominos redeunt, modò  
jure postliminii gaudeant, vel Dominus spem  
recuperandi probabilem non amiserit. Potest  
tamen Majestas, si velit, certas res à promiscua  
hac occupatione excipere.

*§. 17. f. d. R. D. l. 5. §. f. ff. d. A. R. D. H. Grot. de J. B. ac  
P. L. 3. c. 6. §. 3. & 12. Ungep. Ex. 5. q. 5. Struv. in S. J. C. Ex.  
4. tb. 18. & seqq. Reuterbestallung zu Speyer de Anno 1570, art.  
62. Fußknechtbest. art. 53. Zœl. in Com. ff. ad t. d. A. R. D. n. 16.  
& seqq.*

#### XIV.

Apprehensio actualis, non adspectus,  
tribuit dominium in rebus nullius.

*§. 18. f. l. 1. §. 1. l. 3. §. 3. ff. d. acqu. vel am. poss. Zœl. ad d.  
r. n. 21. Mynsing. & Schneid. f. d. t. Vinnius ad d. §. 18.*

#### XV.

Fœtus animalis mei meus est, nec in-  
terest, utrùm animal, quod parit, ex alieno,  
an ex meò, prægnans sit.

*§. 19. f. d. t. l. 5. §. 2. ff. de Rei vind. Dn. Brunn. ad d. §. 7. Ex. 6.*

#### XVI.

Arbores unà cum parte agri impetu  
fluminis detractæ & ad alterius agrum trans-  
latæ, ita demùm acquiruntur novo Domi-  
no, si pars agri tamdiu hæserit, ut cum vi-  
cinò coaluerit, arboresque in eum radices  
egerint.

B

*§. 21.*

§. 21. *J. d. R. D. l. 7. §. 2. l. 16. & 26. §. 2. ff. d. A. R. D. l. 9.*  
*§. 2. ff. de damnô inf. Hunnius Var. Res. L. 2. tr. 1. q. 17. Ludw.*  
*Ex. 4. tb. 6 l. c. Zœs. ad d. t. d. A. R. D. n. 35.*

### XVII.

Insula in flumine publico nata & alveus derelictus eorum sunt, qui prædia proxima habent. Iniquum tamen non est, illum illamve ob utilitatem publicam hodie Superiori assignari.

*§. 22. & 23. J. d. R. D. Gryphiander. tr. de Insulis C. 11. 12. & 13. Buchner. de Jure aquatico tb. 114. Stypman. de Jure marit. P. 5. c. 3. n. 11. Struv. in. S. J. F. c. 6. a. 7. n. 7. & seqq. Sin. Schütz. d. l. tb. 14.*

### XVIII.

Specificans speciei Dominus fieri nequit, si novam tantum figuram externam induxerit, vel bonâ fide instructus non fuerit, aut denique non suo nomine fecerit.

*§. 25. J. l. 25. & 26. §. 3. ff. d. A. R. D. l. 12. §. 3. ff. ad Exhib. Shneidew. ad d. §. 25. & Dd. Commun.*

### XIX.

Actio de tigno juncto, tam adversus bonæ, quam malæ fidei possessorem competit in duplum; Et præter illam adversus malæ fidei possessorem rei vindicatio & actio ad exhibendum.

*§. 30. J. d. R. D. l. 6. ff. ad Exhibend. l. 1. §. 2. & l. 2. ff. de tigno*

*igno juncto l. 23. §. 6. ff. de R. V. l. 98. in f. ff. de solut. Schütz.  
ad J. Disp. 5. th. 17. Bachov. ad Tr. Disp. 20. th. 6. lit. A. Id. ad d.  
§. 7. Schneidewin. ad eund. n. 6. Hunn. V. R. L. 2. tr. 1. q. 20.  
Hilliger. in Don. L. 4. c. 33. lit. C. Diff. Zæf. in Com. ff. t. de A. R.  
D. n. 49.*

## XX.

Bonæ fidei possessor impensas necessarias,  
etiamsi res, in quam factæ, perierit, repetit:  
Utiles autem deducit, si res extet.

*§. 31. J. b. t. l. 6. §. 3. l. 10. §. 1. ff. d. neg. gest. l. 38. in f. ff. de  
pet. her. l. 5. C. d. R. V. l. 14. ff. de condict. indeb. Wissenbach. P. 2.  
Disp. 18. th. 22. Riemer. Q. J. Dec. 4. q. 4. Franzk. ad t. d. R. V.  
n. 47. & seqq.*

## XXI.

Fur & prædo etiam necessarias impensas  
deducunt ac repetunt; Utiles sine læsione rei  
tollunt, si Dominus non sit paratus tantum  
dare, quantum possessor, illis sublatis, habitu-  
rus esset.

*d. §. 7. l. 5. C. d. R. V. & l. 37. & seq. ff. eod. l. 14. ff. de condict.  
indeb. l. 38. ff. de hered. pet. Hunnius d. l. q. 22. 24. & 25.*

## XXII.

Regulariter id cedit alteri, quod sine eo  
esse non potest, nisi singulare quid ob præ-  
stantiam & dignitatem alicujus rei sit intro-  
ductum: Hinc scriptura cedit chartæ, plan-  
ta solo; non pictura tabulæ.

*§. 32. 33. 34. J. b. t. l. 9. §. 2. ff. d. A. R. D. Schutz. d. l. Q. 21. & 22. Bachov. ad dd. §. 5. Schneidew. ibid. Ungepaar. Ex. 5. q. 11. in Ajo. Donell. L. 6. c. 36. & ibi Hillig. Bachov. in Tr. Vol. 2. Diss. 2. p. 240.*

### XXIII.

Fructus industriales percepti b.f. possessori acquiruntur plenô jure & irrevocabiliter; Item naturales, consumti, sive locupletior sit factus, sive non: Extantes autem rectè petit Dominus.

*§. 36. & 37. J. b. t. §. 2. J. d. off. Jud. l. 48. ff. d. A. R. D. Riemer. Q. 7. Dec. 4. q. 4. Struv. in S. J. C. Ex. 11. tb. 21. inf. Franzk. ad ff. d. R. D. n. 41. & seqq. Hahn. ad W. d. R. V. n. 7. Carpz. Jurispr. For. P. 3. C. 33. D. 28. n. 20. & seqq. Hartm. Pistor. L. 4. q. 26. n. 19.*

### XXIV.

Qui b.f. rem tenet, deinde scire cœpit, esse alienam, ab eo tempore, quô cognovit, ad omnes fructus perceptos ac percipiendos tenetur. Idem haud dicendum de dubitante.

*L. 48. §. 1. l. 23. §. 1. d. A. R. D. l. 37. ff. de R. V. Hill. ad Donell. L. 19. c. 14. n. 10. Menoch. A. J. Q. 225. Schotan. D. 25. tb. 12.*

### XXV.

Thesaurus inventoris est, si repertus fuerit absq; magicis artibus & sceleratis sacrificiis, aliàs thesaurus totus applicatur fisco, & inventor

ventor tanquam maleficus punitur: Nulla verò pœnaimponenda iis, qui virgulas divinatorias adhibent; procedit enim ex causâ naturali.

*S. 40. J. b. t. l. un. C. de thes. l. 5. C. de mal. & matb. Carpz. Pr. Cr. P. 2. Q. 5. n. 25. & seqq. Grot. L. 2. c. 8. §. 7 Struv. in S. J. F. C. 6. a. 17. Zœl. ad d. t. n. 22. & 30. Riemer. Dec. Ill. 4. quest. 5.*

## XXVI.

Dominium non amittit, qui res suas necessitate urgente projecit, vel easdem fortuitò amisit; hinc qui lucrandi animo eas retinet, furtum committit.

*J. ult. J. b. t. l. 43. §. 4. de furt. Berlich. P. 5. Concl. 44. n. 3. Ludwell. Ex. 4. th. 5. lit. E. Coler. 1. Dec. 149. n. 3. & 4. Carpz. P. 3. Const. 31. D. 18. n. 7.*

## XXVII.

Omnis servitus consistit in patiendo & non faciendo nullatenus verò Dominum, ut in suò aliquid faciat, adstringit.

*t. t. J. de Servit. l. 15. §. 1. & l. 20. ff. d. Servit. Dn. Brunno ad J. b. t. Ex. 7. n. 3. & seqq. l. 12. ff. de ann. legatis Eckolt. ad t. ff. d. servit. §. 5. Ludvvell. ad J. Ex. 5. th. 2. lit. D. ibiq. all. Cœpolla in tr. de servit. c. 12. Wes. in Com. ff. ad t. d. n. 9.*

## XXVIII.

Servitutes & prædia non loco, sed usu & fine à se invicem distingvuntur, & quidem præcipuè denominationem à conditione

B 3

prædii

prædii dominantis sortiuntur; hinc eadem  
servitus sæpe urbana sæpe rustica appellatur.

*Pr. § 1. J. d. servit. l. 166. pr. § l. 198. ff. de V. S. l. 16. C.  
de præd. min. Hunn. V. R. L. 2. tr. 2. q. 2. Wes. d. l. ad t. d. S. U.  
P. Struv. in S. J. C. Ex. 13. tb. 7.*

XXIX.

Servitus viæ servitutum actûs & itineris  
suâ naturâ; servitus verò actûs servitutum iti-  
neris tantû per consequentiam in se continet.

*D. pr. J. d. S. R. & U. P. l. 13. §. 1. ff. de acceptilat. l. 1. §. 2. 4.  
7. ff. de itin. actûq. priv. Brunnem. ad d. l. n. 7. & 8. Wesenb.  
ibid. & in Com. ad ff. t. d. S. R. P. n. i. lit. E. & Hahn. ad eundem  
d. l. Bachov. ad J. b. t. n. 2.*

XXX.

Servitus altiùs non tollendi, & ne lumi-  
nibus officiat, item luminum, sunt servitu-  
tes distinctæ ac diversæ.

*§. 1. J. eod. l. 12. ff. de S. U. P. l. 4. l. 15. & 17 ff. eod.  
Berens ad J. Disp. 4. tbem. 1. q. 5. Riemer. J. Q. Dec. 4. tb. 10. Co-  
rasius ad l. 1. de servit. Franc. Hottoman. II. Respons. amicab. 5.  
Hunnius V. R. L. 2. tr. 2. q. 4. & 6.*

XXXI.

Etiamsi nulla planè servitus constituta  
sit, tamen, naturali libertate, cuivis licet, fene-  
stram in pariete confini aperire, etiam invito  
vicino.

*L. 8. §. 5. ff. Si serv. vind. Donell. II. Comm. 5. & ibi Hilliger.  
lit. D. Bronchorst. Cent. 2. assert. 5. Brunnem. ad §. 1. J. b. t. n.  
12. Carpzov. P. 2. Const. 41. def. 12. Ungep. Disp. 6. tb. 8.*

XXXII.



XXXII.

Servitus prædialis sine utilitate prædii dominantis constitui nequit, quamvis non præcisè utriusque prædii vicinitas requiratur.

*§. ult. f. h. t. l. f. ff. d. S. R. P. l. 20. §. 5. ff. de servit. l. 6. ff. Comm. præd. l. 4. §. ult. ff. si servit. vind. Hilliger. Coras. ad l. 24. §. f. de servit.*

XXXIII.

Servitutes omninó præscribi possunt, ita tamen, ut adsit justus titulus: scientia Domini verò necessaria non est.

*L. Celsus. 27. ff. d. Usucap. l. nulla. 24. C. de Rei vind. l. f. C. de Usucap. pro hered. L. 2. C. de servit. & aqua. l. ult. ff. quemadm. servit. am. l. f. C. de longi temp. præscript. Corasius in l. servitutes. 14. ff. de servit. n. 31. Hotom. 8. Observat. 20. Carpzov. P. 2. C. 4. d. 2. n. 5. Hunnius L. 2. tr. 2. q. 15. Eckolt. ad t. ff. de servit. §. 2. DISS. Bachov, ad Treutl. V. 1. D. 17. th. 9. lit. B. Franzk. Ex. 5. q. 4.*

XXXIV.

Cautio usufructuaria neq; per conventionem, neque per testamentum illi, cui usufructus constitutus vel legatus est, remitti potest: Non tamen mox remissâ cautione usufructus inutiliter constitutus; sed ipsa remissio tantum inutilis est.

*L. pen. C. ut in poss. legat. l. 7. ff. usufr. quemadm. cav. l. 1. C. de Usufr. L. nemo potest. ff. de leg. 1. Donell. L. 10. Comm. 14. Gail. 2. Obs. Pract. 145. Faber. in l. 94. de Reg. 7. Hilliger. in Don. Enucl. L. 10. C. 15. lit. G.*

XXXV.

XXXV.

Usufructuarium, si nec fidejussores, nec pignora invenire possit, ad juratoriam cautionem admitti, æquitas svadet: non verò procedit de stricto jure.

*Auth. Generaliter. C. de Ep. & Cler. N. 112. c. 2. l. 6. si cui plus, qu. per l. Falc. §. 2. ff. de Satisdat. l. 13. ff. de Usufr. arg. l. 2. C. de tut. & Curat. qui satisd. Hunn. d. l. q. 27. Struy. Ex. 22. th. 64.*

XXXVI.

Cùm in quasi usufructu cautio sit de substantia ejusdem, neque ab herede, neque à testatore remitti potest; sed remittendo nihil agitur.

*§. 2. ff. d. Usufr. l. 2. ff. de Usufr. ear. rer. quæ usu conf. Donnell. L. 10. Com. 4. l. 1. C. de Usufr. l. 6. pr. ff. ut in poss. legat. Hillig. in Don. Enucl. L. 10. C. 4. Hotomann. in l. 1. C. de Usufr.*

XXXVII.

*Usufructus ab Usufructuario oppignorari, hypothecari, locari & vendi potest; cedi tamen nequit.*


*§. pen. ff. d. Usufr. §. 1. in f. ff. d. Usu & habit. l. 11. §. 2. ff. de pign. Hotoman. in d. §. 1. ff. Usu & hab. Riemer. Q. J. Dec. 5. th. 2.*

XXXVIII.

Habitatio differt ab usu, quòd illa locari aliis possit; hæc regulariter nequeat; deinde & Usus non utendo & capitis diminutione pereat, habitatio verò neutro horum tollatur.

*§. 5. ff. d. Usu & hab. l. 11. ff. b. t. Exceptio est in l. 2. §. 1. l. 4. pr. b. t. vid. l. 10. eod. Welenb. in Comm. ff. b. t. n. 6. & 7.*

DEO SIT LAUS ET GLORIA!



Kc 3008


EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

ULB Halle 3  
006 374 700  


1077  
*[Handwritten signature]*







Q. D. B. V.  
REPETITIONUM COLLEGII  
AD INSTIT. JUR. IMPERIAL.  
DISPUTATIO QUARTA,  
DE  
MODIS ADQVIREN-  
DI JURIS GENTIUM,  
*Ex Tit. I. II. III. IV. & V. Lib. II. Inst. J.*  
THESES XXXVIII. Continens;  
QVAM  
AUCTOR TATE ET CONSENSU  
MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS  
IN ILLUSTRIS HAC UNIVERSITATE VIADRINA  
PRÆSIDE  
AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO, EXCELLENTISSIMO  
VIRO  
DN. MARCO RHODIO, J.U.D.  
COD. JUSTIN. PROFESS. PUBL. ORDIN.  
DOMINO PATRONO ac PROMOTORE SUO  
OMNI OBSERVANTIÆ CULTU ETATEM DEVENERANLO,  
*Die II. Octobr. Anno M DC. LXXXIV.*  
IN ACROATERIO JURIS-CONSULTORUM,  
Publico Eruditorum disquisitioni submittit,  
JOHANN. GEORG. Etange / Dessi Anhalt.  
Francofurti ad Oderam, Typis JOH. COEPSELII, Acad. Typ.

